1459 Februar 14, Perugia. **Nr. 5848**

Pius II. an NvK (Breve). Er bestätigt den Erhalt eines Briefes von NvK und bedankt sich für dessen Ausführungen zum Fürstentag von Mantua und der Haltung des Kaisers. Er zeigt sich erfreut über den Frieden in Rom und Umgebung und lässt NvK freie Hand bei der Absetzung des Bargello und der Marescialli.

Kopie (gleichzeitig): Rom, *Arch. Vat., Arm. XXXIX 9 f. 15*^{rv}.
Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 150 Nr. XII.
Regest: Brosius/Scheschkewitz, RG VIII 639 Nr. 4563.
Erw.: Vansteenberghe, Cardinal 189 Anm. 1; Strnad, Obedienz-Ansprache 94; Meuthen, Die letzten Jahre 39, 49.

Pius papa II legato Urbis. Responsio ad legatum Urbis.

Dilecte fili. Salutem etc. Accepimus litteras circumspectionis tue[1]) et intelleximus, que de responso ad imperatorem nostro et profectione ad dietam existimas.[2]) Laudamus iudicium tuum, quod non solum ab homine sapienti et bono sed nobis unice affecto proficisci videmus, tibique gracias agimus, quod hoc caritatis officium rebus nostris sedulo prestas, hortantes, ut ita deinceps agere perseveres et fidenter, sicut potes, iudicia tua nobis aperias.[3]) Tempus autem, ut scribis, consilium certius dabit, nosque dictum intelligentes, quousque specte⟨n⟩tur principum voluntates, de ipsis te cerciorem reddemus, ut statuere firmum aliquod valeamus, quod nobis sit prosequendum. Placuit admodum et consolationem non parvam attulit novisse ex litteris tuis Urbem et loca circumvicina pacifica esse. Quod, ut continuum esse possit, opera circumspectioni⟨s⟩ tue futurum confidimus. De barisello[4]) et marescallis destituendis[5]) omnia iudicio tuo permittimus, credentes te, qui presens es et ex pro⟨p⟩inquo magis, quid expediat, noscis; nichil facturum esse, quod non honori et utilitati nostre conducat. Optamus circumspectionem tuam bene valere et nobis incolumem conservari. Datum Perusii xiiii februarii mccccl viiii pontificatus nostri anno primo.

---

8 consolationem: *em.* consolatorem. 12 quod: *em.* et.

---

1) *Nicht erhalten. Wie auch aus* Nr. 5852 *(1459 Februar 22) hervorgeht, betrieb NvK die Absetzung des Bargello generale und der Marescialli, da sie die apostolische Kammer zu sehr belasteten.*

2) *Vgl. oben* Nr. 5842 *Z. 8-11.*

3) *Der Dank für die offenen und gut gemeinten Worte des Kardinals deutet auf eine höfliche Zurückweisung hin. Vgl. im selben Sinne jedoch mit größerer Bestimmtheit* Nr. 5892 *(1459 April 1).*

4) *Antonio Bucciarelli da Grosseto, päpstlicher* barisellus generalis *(Polizeichef); s. Meuthen, Die letzten Jahre 151 Anm. 4.*

5) *Vgl. Meuthen, Die letzten Jahre 151 Anm. 5. Zum Amt der Marescialli s. auch Caravale, Entrate e uscite 183f.*

»Acta Cusana« Band III Lieferung 1 (978-3-7873-4141-2), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2022.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.